



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De peccatis quæ in matrimonio committi possunt c. 18. & 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

incidit in morbum contagiosum,
vel notabilem deformitatē. * Vn-
decimus si vnus illorum fornice-
tur nam tunc potest qui innocens
est soluere sponsalia. Duodecimus
cum alter illorū fit hæreticus aut
infidelis. Decimus tertius si super-
ueniat inter illos grauis inimicitia.
* Decimus quattus si alter non stet
conditionibus promissis, vel ex
diuite tempore sponsalium, fiat
pauper. * Decimus quintus si spar-
gatur fama esse inter illos impedi-
menta matrimonii. * Decimus sex-
tus cum alter illorum asperior est,
ac rigidior. * Decimus septimus a-
liqua re superueniente, quæ si fuisset
ante sponsalia, illi ex causa ra-
tionabili non contraxissent.

*De peccatis, quæ in matrimonio
committi possunt. Cap.*

18. & 19.

Contrahētes multis modis possunt peccare, nempe ex defectu requisitæ intentionis, vt si desit necessarius cōsensus, ratione finis indebiti, & impedimentorum tam impediētium, quàm dirimentium: & in dirimentibus solus Papa dispensat, & quidem difficulter admodum, quando in illis contraxerunt & addiderunt copulam, vt facilius Papa cum illis dispensaret. In vno autem casu potest Episcopus dispensare etiam in gradibus prohibitis nempe quando matrimoniū contractum est in facie Ecclesie, & impedimentum est occultum, & scandalosa esset separatio. nec est facilis ad Papam recursus ob peccatam, vel alia de causa. Nuptie vero ex parte modi contingunt etiam peccari in vsu matrimoniū
* Primo ex defectu publicarū denuntiationum, quæ ter & consequenter diebus festis debent fieri

in Ecclesia inter missarum solemn-
 nia, nisi ex causa dispense Episco-
 pus. *Secundo circa benedictionē,
 peccant enim sponsi, saltem venia-
 liter, si ante benedictionem matri-
 monium consumment, debet ve-
 ro hæc benedictio fieri ab ordina-
 rio, vel alio sacerdote de eius licē-
 tia: ita ut quiuis alius sacerdos sine
 illa præsumens illam adhibere, sit
 ipso iure suspensus quoad ordina-
 rio visum fuerit. * Tertio, circa tē-
 pus, si contrahant tempore prohi-
 bito, quale est ab aduentu ad Epi-
 phaniam, à septuagesima ad Do-
 minic. in albis, siue exclusiue siue
 inclusiue, pro ratione loci. Quarto
 ratione indispositionis, nam qui
 contrahit in peccato mortali pec-
 cat mortaliter.

De peccatis in vsu Matrimonii.

Cap. 20. & 21.

IN vsu matrimonii pluribus cō-
 iungit modis coniuges peccare